

Novit Dominus, qui sint sui; Extera negotia et viciniora
et notiora vobis arbitror. Illud addere omnino debui, quod
M. Joannes Bockmannus Ecclesia nostra sumus Pastor te
suo nomine jubet saluere plurimum, qui et tui nominis
se studiosissimum esse mihi sapienter testatus est, et tuas lucubra-
tiones inter charissimos sibi libros reposuit. Vale Humanis-
sime Domine, et utilissimis tuis scriptis multos doce, et
tibi plurimorum bonorum amorem genera. Data Elbingae
Prædie Nonas Januarij. Anno temp. ult. 1590.

Carissimo et humanissimo Viro
Dn. M. Davidi Sares, Illustris sapi-
entiae domus in Academia Heidelberg.
supremo Rectori, Dno et Amico suo
reverenter colendo. r.

Excellentia Tua observantissimè
Thomas Rotus Borussia
Rector Scholæ Elbing.

153)

Ex literis M. Danicij Sloepii ad Joh. Praetorium Breslae
9. Januarij 1590.
Illustris Domine, quæ singulari est pietate, et incredibili
mansuetudine ac benignitate, tres filios domi habet, maxi-
mam nata tredecim, alterum septem, minimum quinq-
annorum. Sueri ingeniosi sunt, et nulli ferè rei, nisi pie-
tatis et opt. literarum amantes, itaq. mihi successorem quæ-
rit vitam non leviter tinctum literis, sed doctum et bo-
num, cui possit eos post meum discessum erudiendos com-
mittere. r.

154)
D. Sares

D. Henrico Fabricio Medicinae Doctoris.
Salutem. Pro eâ, quâ ante annos octodecim Heidelberg
familiarissimè usi sumus amicitia, humanissime D. Fabrici,
amice optime, facere non potui, quin occasionem tam
doneam nactus ad te scribendi, pristina illi consuetudi-
nis nostræ memoriam tibi non ferunt, et quæ alterius
forte temporis fuerit, sed familiari salutatione. si n.
in amicitia veteri quoq. suavissima esse debent, nihil
mihi jucundius hoc tempore visum est, quam posse salu-
tare et appellare veterem illum amicum Fabricium,
meumq. rursus facere, cui suum est plus quam suum olim
me esse meminisse. Pari, ni fallor, ut olim, ita nunc quoq.
navigio navigamus, Ego hic in septimum annum post
vartan

lia corporis mei. At hoc non minus Pontificii et
Satharani negant, quam nos etiam. sed non igitur
potius iremus in illam Augustini sententiam, quae ex
sententia Prosperi citatur in Deer. de consecr. d. 2.
coelestis panis, qui caro Christi vocatur suo modo vo-
catur corpus Christi, cum severa sit sacramentum
corporis Christi: vocaturque ipsa imolatio carnis, quae
sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio
non rei veritate, sed significante mysterio. Et in illam eisdem
Augustini ad Romanos cap. 12. Non dubitavit Dominus
dicere, Hoc est corpus meum, cum daret signum sui cor-
poris. Et in illud Chrysostomi in 1. ser. X. Rom. 24.
Quid significat panis? corpus Christi. sed non erit
apud te pluribus opus, quem scio non pendere velles
a vulgo theologorum, sed veritatem amare et con-
sensum pio antiquitatis magnificare. sit quae fir-
mamentum stabilitatis, constantisq; epy, quam in ami-
citiâ nostrâ quero, fides, et in fide omnivota. Vale
Fabrici optime et amicorum meorum antiquissimi.
Dominus Jesus te cum familia servet. Heidelbergae
a. d. 14. Junij 1590.

Qui quondam tuus, et plus quam tuus esse solebat.
Haec tibi, nam tuus est, et vult tuus esse. Parens.

1551

D. Georgio Gabelio Genero

D. Hieronijmi Zanchii

Salutem!

Restituo tibi, doctissimo Gabeli, epistolas duas de
de justificatione, tibiq; gratias ago. optarim has
controversias sepultas esse: cum satis alioquin
turbatum sit in Ecclesia nec quod sciam, es tempore
quo